UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi

**Johannes <Climacus>**

**Coloniae, 1583**

**VD16 J 520**

De ignaua I. formidine, Gradus XX.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55433

Visual Library

pergimus, ferre nobiſcum ſuggerit. Aliter quippe vigilantium orationem demoliri nequiuit. Primus hic rudibus oppugnando ſubrepit: ſiue vt eos initio negligentiores faciat, ſiue vt ſpiritum fornicationis viam paret. Quouſq; ab eo liberi ſumus, cum multitudine pſallere non deuitemus. Sæpe enim fit vt aſtãtium oculos veriti, dormitare erubeſcamus. Inimicus eſt leporibus canis, ita & ſomno inanis gloriæ ſpiritus. Finita die venditor, monachus vero pſalmodia finita reſidens computat lucrum. Permane poſt orationem ſobrius, ac vigilans: tuncq; cateruas dæmonum aſpicies: Nã quia à nobis in oratione expugnati fuerint, poſt orationem iniquis nos phantaſij circumuenire moliuntur. Reſidens obſerua diligentius, inſpiciesq; eos, q cõſueti ſunt primitias animæ diripere. Fit nonnũquam vt in ſomnis, ex aſsiduitate exercitij laudabilis pſalmorũ meditemur eloquia. Plerũq; vero dæmones ea ſuggerũt nobis, vt nos ad ſuperbiã eleuent. Tertiũ gen⁹ dicere nolebã niſi me quidã coegiſſet. Anima q verbum Dei quotidie ſine intermiſsione meditatur, ſolet per ſoporẽ quoq; in eodẽ morari: eſt enim hoc ſecundum primi propriæ remuneratio: quã. ſ. ſpiritus phãtaſmata euitantur.

*De ignaua i. formidine, Gradus XX.*

QVi in cœnobijs, ſiue cõuẽtib. virtutẽ arripit, nõ valde cõſueuit oppugnari formidine, q vero in remotiorib. locis ſolitari⁹ degit, caueat ne vnq̃ ſibi formido dominetur, cenodoxiæ germẽ, & infidelitatis filia. formido puerilis eſt mos, in vetula ab inani gloria appreſſ⁹ anima. Formido eſt fidei cõuerſio in expectatione earũ rerũ, q̃ non videtur. Timor eſt, p̃meditatũ præuiſumq; periculũ: Siue ita. timor eſt ſenſus tremulus cordis, q de incertis calamitatib. iugiter agitatur indignãs. Timor eſt

certæ

certæ confidentiæ ac ſecuritatis priuatio. Superb
anima eſt formidinis ancilla, ſibiipſi fidens, ſon
tusq; & vmbras rerum quarumlibet metuens. H
qu idem qui amant nec dolent, formidine omn
no carent: qui vero formidoloſi ſunt lugent & c
ſperant, ſtuporem, mentis plerunq; patiuntur,
merito ſane: Iuſtus enim cum ſit deus, superb
deſerit, vt relicti nõ extolli doceamur. Cuncti q
dẽ formidoloſi ſunt, qui inanem gloriam ſequ
tur. Non autem ideo omnes quoq; qui carent f
midine ſunt humiles. Nã & latrones & qui ſep
chra violant, nulla formidine trepidant. In qu
locis conſueſti expaueſcere, ad ea nõ te pigeat n
ctu proficiſci. Nam ſi his quæ praua ſunt ced
conſueſcet tecum puerilis iſta & ridiculoſa p
turbatio. Dum vero ad ea proficiſceris, oratio
armis accingere. Et cum perueneris extende m
nus: & Ieſu nomine cæde inimicos Nulla en
neq; in cœlo neq; in terra ſunt arma potiora. Lib
ratus ea peſte, liberatorem tuum collauda. Na
ſi illi gratias referas, in æternum proteget te. N
quam poteris ventrem ſubito implere, ita ne for
midinem quidem ſtatim vincere valebis. Prom
ſura luctus formido citius vel ſerius recedit. In
horruerũt pili carnis meæ (inquit Elyphas) dæmo
nis aſtutiam ennarrans Aliquando, quidem an
ma, nõnunquam vero corpus ante formidare in
pit alterũ: alteri paſſionẽ, non cõunicat. Quotie
formidine cõcepta in carne, metus improb. in an
mã erũpere non poteſt, iuxta eſt infirmitatis hu
liberatio. At cum per contritionẽ cordis inſper
omnia prõpte expectamus: tunc reuera formid
ne ſumus liberati. Nõ tenebræ, non locorum ſol
tudo, demones cõtra nos roborant: ſed animæ ſte
rilitas: plærunque vero etiam diſciplina, diuin
noc

nobis dispensatione permissa. Qui verus seruus est domini, proprium solumque dominum timebit, qui autem eum nec dum metuit, vmbram suam sæpius extimuit. Instante quidem inuisibiliter spiritu terretur corpus, astante vero angelo exultat humilium animus. Quocirca ex affectu huius præsentiam agnoscentes otius ad orationem recurramus. Nam vt nobiscum oret nosque adiuuet clementissimus custos ad nos aduenit.

*Annotatio in gradum. 20.*

*Gradus iste agit de formidine & metu eo, quo dæmones sanctos homines, maxime qui solitariam vitam in locis ab hominũ accessu remotioribus agunt, oppugnant; terribilia spectra, horrendas laruas monstra illis obijcientes; vt eos ex locis suis eijciant, & ad seculum redire compellant. Cuiusmodi plurimas machinationes diabolicæ in vita D. Antonij, Hilarionis & aliorum leguntur. Aduersus hanc formidinem, armat hic Climacus suos Athletas*

## *De Cenodoxia, Gradus. XXI.*

SOlent plerique dum de vitijs disputant inanẽ gloriam seorsim diffinire à superbia. vnde & octo esse principalia & primaria vitia dicunt. Theologus vero Gregorius alijque plurimi doctores septem ista esse tradiderũt, quos ego maxime sequor. Quis enim inanem gloriam deuicit, & superbus fuit? Ea vero est ambarum adinuicem differentia, quæ est naturaliter pueri ad virum & tritici ad panem: hoc enim principium est, illud finis. Nunc igitur de initio plenitudine passionum, nephario scilicet tumore, tẽpore admoniti, paucis loquamur. Qui enim de his longissime philosophari